



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1677

Titulus. VI. De Judæis, & Saracenis, & eorum servis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98302](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98302)

clesiastica, nullam faciunt mentionem, vel prohibitionem pro his gradibus. Quare probabilius est, non esse Simoniam exigere aliquid pro his gradibus, non solum pro modum stipendij, & sustentationis pro labore, sed etiam pro modum pretij, & contractus onerosi, cum materia hæc non sit capax Simonie. *Suar. cit. c. 18. n. 15. & 16.*

XIV. Illud hic addendum, quòd ad moderandas expensas, quæ fieri solent in promotionibus ad gradus Doctoratus, vel Magisterij, statutum est in *Clement. Cùm sit. 2. 7. ult. h. 8.* Ut ij, ad quos ex officio spectat conferre Magisterium, vel Doctoratum, prius à promovendis recipiant juramentum, quòd in solemnitate sua, sive promotione ad Doctoratum, aut Magisterium non expendant ultra summam trium millium Turonensium argentorum, (hoc est, juxta computum Glossæ hic, CCL. aureorum) ita tamen, ut ipsos exhortentur

(nisi quis notabilis conditionis, sive aliorum, existerit) ut etiam infra prædictam summam redderent expensas. Quod si quis, non prius iuramento prædicto, honorem Doctoris vel Magisterij alicui contulerit, per sex menses immediate sequentes, etiam si Episcopus fuerit, collatione cuiuslibet (non illius tantum) Universitatis, cuius Doctoratum contulit Magisterij Doctoratus, eo ipso, sit suspensus. Solent etiam ejusmodi excessus in expensis fieri, quia quidam in talibus imperfectum scientie supplet per expensarum, ut ait *Gl. hic 7. Excedunt* fructus scientie supplere debet pecunia. Et autem in statu in pluribus locis, & Academiis ab usu non recepta. Notat etiam *Gl. 7. De bono texu*, quod, qui docent in Canonico, civile, Doctores; qui Theologiam, vel Philosophiam & artes liberales, Magistri appellantur.

T I T V L V S VI.
DE JUDÆIS, ET SARACENIS, E
EORUM SERVIS.

D Oſt Simoniam, quæ eſt blaſphemia in Spiritum ſanctum, agitur de ijs, qui peccant in DEVM, ejuſque Religio- nem, ratione infidelitatis, quales ſunt Judæi, & Saraceni. Judæi dicuntur, qui Legem Moſaicam ad litteram tenent, eamque ſuperſtitioſe obſervant, abſque fide in Chriſtum Salvatorem, ac reſpecto Novo Teſtamento. Sic dicti à Tribu Juda, quæ cæteris erat bellicoſior, & præſtan- tior: priuſ appellabantur Hebræi ab Hebro, cuius familia cultum veri DEI ſemper tenuit, cæteris idol- olatriâ fecatis, *Hoſienſ. in ſumma. h. t. n. 1. & 2. Sil- veſt. V. Judæus in princ.* Saraceni dicuntur, qui im- pie Mahometi ſectæ adhærent, ejuſque dogmata in Alcaran contenta ſectantur, ſive ſint Turcæ, ſive Tartari, ſive Perſæ, aut Arabes, ſive Ægyptij, Africa- ni, aut Mauri, *Acor. p. 1. Inſt. mor. l. 8. c. 23. q. 4. & nec Novum Teſtamentum, nec Vetus recipiunt, ſaltem non totû: & accipiuntur hic, ſecundum Hoſt. in Rubr. de Saracenis. num. 1. h. t. pro Paganis, ſeu gentibus: quamvis propriè Pagani, ſeu gentiles ſint, qui idola colunt, & adorant. Dicuntur Saraceni non à Sara, ſed à Samaria Civitate, ut putat *Durand. in ſpecul. l. 4. partic. 4. tit. de Judæis. n. 6.* Vel potiùs ab Agar ancil- la Sara: quaſi Agarani appellati, ut cenſet *Durandus cit. l. n. 6.* Extat hic Titulus etiam in Clementinis, Extravagantibus Joannis XXII. & Communibus.*

S. I.

Quæ, & in quibus casibus Christianis interdicta sit communicatio cum Iudeis?

I. Agitur hîc de communicatione fidelium cum infidelibus in rebus politicis, & quæ ad humanum commercium spectant : cujusmodi communicatio

non prohibetur fidelibus in penâ infidelium illâ privanur hæretici in penam; quia cum sint extra Ecclesiam; adeoque extra jurisdictionem illius, non possunt ab Ecclesia spiritualiter privari, privando illos directè communicationem; quamvis possit Ecclesia fidelibus privationem communicationem cum infidelibus, ob periculum perversionis ex illa ipsis imminentes; idcirco sante hoc periculo; quia nimirum fideles firmiter in fide, cessat quoque prohibitio hujus communicationis, ut docet S. Thomas. 2. 2. q. 10. art. 3. inchoat receptus, Sanchez, l. 2. moral. c. 31. n. 1. c.

II. Et inprimis quidem in c. *Ad hez.*
h. t. interdicitur omnibus Christianis affor-
vestatio, & familiaritas cum Judæis, ne ob-
dæi ad suam superstitionem, & perfidiam
animos inclinent, & trahant. In specie
sunt casus Jure expressi, in quibus interdictio
Christianis communicatio cum Judæis, ut con-
Nullus. 13. quod est desumptum ex Conci-
lithensi c. 1. *caus.* 28. q. 1. & ex c. *Omnis* 14. q. 1.
Interpūm ex eodem Concilio Agathensi c. 40.
Et q. Prīmō enim prohibetur Christianis li-
bitare cum Judæis, *cir. c. Nullus* ibi: *aut cum*
ter. & constat etiam ex c. *Judei*, q. ubi per
ut excommunicentur, qui cum Judæis, & Sar-
præsumperint habitare, *Gl. ibid. f.* Judæi, ubi
excipit, si quis Religiosus, vel Clericus vel
Judæis, & Saracenis, ut eis fidem Christi
ret: id enim licet, c. *Quam sit* 10. h. de quo

Hinc inferitur, quamvis Christianus possit
servum Judæum, c. *Eph.* 13. h. 1. non tamen
cum eo commorari, ita ut cum habeat famili-
sive domesticum, c. *Sap.* 12. 12. *2. seqq.* c. 1.
q. 1. *Silvest. V. Judæus.* q. 3. *disto* 1. Contra verum
est prohibitum Christiano habere Saracenos
infideles tanquam servos intra eandem domum

quia Judæi sunt magis obstinati, & difficilius convertuntur; peritiores vero ad subvertendum, quam gentiles, ut ait Silvest. cit. l. Sanch. cit. c. 31. n. 6.

Secundò non licet Christianis, Judæos ut Medicos accersere ad curandos eorum morbos, nec medicinas à Judæis præparatas, & exhibitas accipere, cit. c. Nullus. 2. excepto casu necessitatis, si non ad sit alius medicus Christianus, vel non satis peritus, modò Judæus sit notabiliter doctior, Silvest. l. cit. q. 1. dicto 4. Sanch. cit. l. n. 8. non est autem prohibitum emere medicinas à Judæo, si illas non præparet, vel saltem non applicet, quia non est interdicta familiaritas, inter vendentem, & ementem tam medicinas, quam alias res, Silvest. cit. l. c. Sanch.

Tertiò non licet cum Judæis simul balneum intrare, & in eo se lavare, cit. c. Nullus. nisi necessitas exigat, quia v. g. sanitatis causâ ingreditur quis balneum, in quod simul Judæi ingrediuntur: quamvis etiam absolute id non sit illicitum, dummodo Christianus non ingrediatur simul cum Judæo, nec ei in balneo se familiarem exhibeat; tunc enim cessat ratio prohibitionis, quæ est, ut vitetur inter eos familiaritas, Sanch. cit. l. n. 11.

III. Quartò prohibentur etiam Christiani vesci Azymis Judæorum, cit. c. Nullus. etiam seorsim ab eis; quia sunt cibi discreti à Judæis: excepto casu extreme necessitatis; tunc enim pane azymo vesci licet, non ut est cibis discretus à Judæis, sed ut est simplex panis: sicut etiam in tali necessitate licet idololatriæ vesci, id est, cibis idolis à gentilibus consecratis, modò non in venerationem Idoli comedantur, de quo intelligi debet, quod dicitur in c. Sicut. 8. cap. 32. q. 4. Satiùs est fame mori, quam idololatriæ vesci, Gl. ibid. V. Fame. Silvest. V. Judæus q. 1. dicto 3. Sanch. cit. l. n. 7. Additur in cit. c. Nullus. ut si quisquam contra hoc fecerit (communicando scilicet cum Judæis in prædictis casibus) si Clericus est, deponatur: si laicus, excommunicetur.

Quintò interdictum est Christianis Judæos invitare, & vicissim eorum accedere convivio, si sint Clerici, si vel laici, prout habetur in cit. c. Omnes. caus. 28. q. 1. ubi ratio redditur: quia cum apud Christianos communibus cibis non utantur, indignum, atque sacrilegum est, eorum cibos à Christianis sumi, cum ea, quæ permittente Apostolo, nos sumimus, ab illis judicentur immunda, ac sic inferiores videantur esse Christiani, quam Judæi, si nos, quæ ab illis apponuntur, utamur; illi verò à nobis oblata contemnant: quæ tamen prohibitio locum habet, etiam Judæi, absque ullo ciborum defectu manducant cum Christianis, quia id non est prohibitum ob solam discretionem ciborum, sed ut vitetur familiaritas cum Judæis, ex qua periculum perversionis imminet, Silvest. cit. q. 1. dicto 2. Sanch. cit. c. 31. n. 10. contra Acor. cit. l. 8. c. 22. q. 3.

Unde licet colloquium permittitur sit cum Judæis, non tamen convivium, quia major familiaritas contrahitur in convivio, quam in colloquio, & facilius quis decipitur inter epulas, c. Unusquisque. 8. caus. 22. q. 4. Gl. in cit. c. Omnes. V. Judæorum. Jo. Andr. in c. Quam sit. 10. n. 5. h. t. Abbas ibid. n. 3. Non tamen prohibitum est Christiano manducare cum Judæo in eadem mensa, si casu in eodem diversorio conveniant, quia in cit. c. Omnes. tantum præcipitur, ut fide-

les Judæorum convivia vitent, nec eos ad convivia quisquam excipiat, quod hic non fit, Sanch. cit. l. n. 13. Sed neque peccat contra hoc præceptum Christianus, si à Judæo caupone cibaria emat, aut in ejus diversorio cibus cum eis vescatur; quia hoc non est invitari à Judæo ad convivium, quod interdictum in cit. c. Omnes. neque ex eo familiaritas cum Judæo contrahitur, Sanch. cit. l. n. 15.

IV. Porro non tantum cum Judæis, sed etiam cum Saracenis, aut gentilibus prohibitum est Christianis convivia celebrare; quia etsi non contineantur verbis Edicti, siue Constitutionis cit. c. Omnes. continentur tamen sententiâ: quia & ipsi hodie cibos discunt, siue judaizant, Gl. in cit. c. Omnes. V. Judæorum. Silvest. cit. q. 1. dicto 2. & alij communiter.

Excipiuntur tamen miseri ad conversionem paganorum, seu infidelium, ut constat ex c. Quam sit. 10. in princ. h. t. ubi specialiter concessum est, Apostolicâ auctoritate, Episcopo cuidam, & Socijs ejus, ut cum ad prædicandam Christi fidem pagani, exierit, servatâ temporum qualitate, juxta Canonicas Sanctiones (ut scilicet abstineant illis diebus, & temporibus, quibus à carne abstinendum est, secundum Canones, Gl. hic V. Temporum) vesci liceat cibis, qui ab infidelibus illis apponuntur. Ratio est: quia alius non possent ita facile illos lucrari, & convertere, & sic licet eis conversari, & comedere cum illis, exemplo Christi, Gl. ibid. V. Uri liceat. atque ita intelligi debet, quod dicitur in c. Ad mensam. 24. caus. 11. q. 3. permittum esse ad mensam paganorum accedere. Quamvis autem in dicto c. tantum sit sermo de paganis: idem tamen est de miseri ad conversionem Judæorum, & aliorum infidelium procurandam, qui cum illis manducare possunt, Sanch. cit. c. 31. n. 16.

Præterea in cit. c. Quam sit, in fine. conceditur, ut quicumque Religiosi, aut Clerici idonei ad prædicandum Evangelium, exeuntibus voluerit adherere, liberam habeat, Auctoritate Apostolicâ facultatem, siue contradictione id exequendi, petiti tamen, & obtentâ Prælatorum suorum licentiâ: quia nullus potest prædicare, nisi ex officio sibi commissio, vel nisi habeat facultatem à suo Prælate, præter auctoritatem Sedis Apostolicæ, nec sufficit petere licentiam, nisi sit obtenta, Gl. fin. hic, & Abb. num. 3.

V. Quod autem supra dictum est de Judæis, prohibitum esse adire eorum convivia, id extenditur etiam, quòd nec liceat adire ad eorum nuptias, nec dies festos, ludos, aut choreas cum eis agere, vel Synagogas eorum frequentare; quia per hæc non modica familiaritas contrahitur, Acor. cit. c. 22. q. 3. in fine. Sanch. cit. l. n. 17. ubi n. 18. addit, neque licitum esse fidelibus templa gentilium invisere, eo tempore, quo supersticiose ab ipsis celebrantur: quamvis non sit peccatum grave, etiam eo tempore illa invisere, si absit scandalum alijs fidelibus datum, vel periculum perversionis ex parte personæ invisantis.

VI. Sextò prohibitum est Christianis servire, siue famulari Judæis, prout habetur in c. Ad hæc. 8. h. t. ubi præcipit Alexander III. Prælati Ecclesiarum, ut omnibus Christianis, qui sunt sub jurisdictione eorum, interdiciant, & si necesse sit, etiam

» etiam per censuram Ecclesiasticam eos compellunt, ne in Judæorum servitio assidue morentur, » iisque inserviant pro aliqua mercede: ubi etiam » in fine ratio additur, ne propter continuam conversationem, & assiduam familiaritatem, ad eorum » superstitionem, & perfidiam inclinentur, & » pervertantur. Hoc aliqui sic explicant, quod non liceat Christianis servire Judæis intra domum: bene tamen extra illorum domum, modò famulatus non sit diuturnus & assiduus, quia hoc solum interdicitur in *cir. c. Ad hæc Christianis, Abbas in cir. c. Ad hæc, n. 1. not. 2.* Verum alij censent, non licere Christianos servire Judæis, sive in domo, sive extra illam, sive assiduè, ac frequenter, sive rarè, quia non propter solam familiaritatem vitandam, illud est prohibitum, sed etiam ne Judæi superiores sint Christianis, & filij liberæ serviant filiis ancillæ, ut loquitur Apostolus: & ita quando in *cir. c. Ad hæc* dicitur, *ne se assidue pro mercede exponant*, subintelligi debet, *maximè si assidue*, *Azor. cir. c. 22. q. 7. Sanch. cir. c. 31. n. 20.* Veruntamen non est prohibitum Christianis locare suas operas Judæis, sive in domo, sive extra domum illorum, dummodo Judæi non sint assidue præsentés, quia si essent assidue præsentés, illis quodammodo inservirent Christiani: si verò sint absentes; tunc possunt Christiani colere agros illorum, vel aliquod ædificium in eorum utilitatem fabricare, ut colligitur ex *c. 2. h. t.* Etiam si Judæus aliquando veniat ad inspiciendum ædificium, vel agriculturam, quia tunc non censetur moraliter præsens esse, sicut si continuè assistat operari; multò minùs Christianis est interdictum locare Judæis res suas, ut currus, & jumenta, &c. *Azor. c. l. q. 8. Sanch. c. l. n. 20.*

VII. Septimò non est licitum Christianis Judæorum filios nutrire, ut constat ex *cir. c. Ad hæc*, ubi præcipitur quoque Prælati, ut obstetricibus, & nutricibus (Christianis) prohibere curent sub censura Ecclesiastica, ne Judæorum infantes in eorum domibus nutrire præsumant. Unde *Abb. hic n. 2. ait*, à contrario sensu colligi, extra domum licere. Sed verius est, nec intra, nec extra domum id licere, quia Canones hoc prohibent, ut familiaritas cum Judæis vitetur, quod non fit, si filius Judæi extra domum nutriatur, quia parentes ob amorem prolis sæpe illam invisiunt: & idèd cum in *cir. c. Ad hæc*, dicitur, *in domibus eorumdem*, subintelligi debet, *maximè in eorum domibus*, ita ut hæc verba addita sint, non gratià restringendi prohibitionem, sed quia infantes frequentius in domo parentum nutrir solent, *Hofstiens. in cir. c. & Ioan. Andr. ibid. in fine. Azor. c. l. q. 9. Sanch. c. l. n. 19.* ubi tamen addit, si tali modo infantes Judæorum nutrir possent, extra domum, ut vitaretur familiaritas cum Judæis, id licitum foret, quia cessaret ratio prohibitionis. Neque verò Episcopus dispensare potest, ut fœmina Christiana nutriet filium Judæi, in paterna domo, vel etiam extra, cum id sit prohibitum Jure Canonico, in quo solus S. Pontifex dispensare potest: neque reperitur dispensatio hæc in Jure expressè, vel tacitè concessa esse Episcopis, *Abb. n. 3.* sed plura de his infra adferentur.

VIII. Ex dictis infertur 1. Licitum esse Christianis emendo, & vendendo merces, contractus cum Judæis inire, quia id nullo Jure est interdictum, imò id permissum esse colligitur à sensu contrario ex *c.*

post miserabilem. 12. de usur. ubi statutum est, Judæi possint compelli ad restituendas usurarias, & si eas non reddant, possint à Christianis consortio arceri: ergò quotiescunque non prohibetur à Judice hac pœna, licitum est res ab eis emere, vendere, dummodo non sit nimia familiaris conversatio inter illos, quæ semper vitanda. *Sanch. c. l. n. 23. Azor. cir. c. 22. q. 4.* ubi etiam prohiberi posse, ne Christiani Judæis vendant, & eis aliquid emant in eorum domibus, vel in emendi, vel vendendi causâ, domos Christiani ingrediantur. Quamvis autem licitum sit Christianis contractus inire; prohibitum tamen est Christianis, illis legare, vel testamento relinquere, *Judæis, Gl. in c. Judæi. §. V. permittuntur h. t.*

Infertur 2. Communicatio, quæ in precibus specialiter interdicta est Christianis cum Judæis, non debet censeri interdicta etiam cum fidelibus: tum quia in *c. Judæi §. h. t.* ubi prohibetur sub pœna excommunicationis, ne Christiani Judæis habitare præsumant, specialiter exprimitur, & extenditur ea prohibitio ad Saracenos: tum prohibitionem invitandi, & admittendi ad convivium, tanquam speciale casum, ex quo communiter DD. etiam ad alios infideles, quales hodie discernunt cibos; adeoque in illis nullam ratio prohibitionis, unde illud non est præsumptum, quoad illos gentiles, qui cibos non discernunt denique quia Judæi magis odibiles sunt, quàm alij infideles, & difficilius convertuntur ad fidem, & magis periti sunt ad pervertendum gentiles, *Silvest. V. Judæi. q. 3. dicto 1. Sanch. n. 25.* Alia est ratio de hæreticis, qui ob excommunicationem in pœnam illis illatam, tunc vitanda.

Infertur 3. Esse peccatum grave, & communicare cum Judæis in casibus Juris præscriptis, in quibus quasi continua, & nimia familiaritas cum Judæis contrahitur, ut est, habitare cum illis, mulari illis domesticè in quibusvis ministeriis, lerare eos in publicis officiis. At verò in aliis communicare, si absit contemptus, & scandalum, non est peccatum, & excusari potest à peccato tali, *Sanch. c. l. n. 26.*

§ II.

Quenam Judæis Christianis Principum potestati, & imperio iectis, Jure tum Canonico, tum Civili sunt interdicta?

IX. In primis prohibitum est Judæis, quo officio publico fungantur inter Christianos, constat ex *c. Cum sit. 16. h. t.* quod est delictum Concilio Lateranensi *c. 69.* sub Innocentio III. Concilio Toletano III. *c. 14.* (quod reprobatur *c. nulla 14. dist. 54.*) statuens, ut nullus Judæus Christianos ullum officium, vel potestatem debeat, innovatur, & propter transgressores debeat prohiberi, ne Judæi publicis officiis præcipue fungantur, quia sub tali prætextu Christianos insultant, & molestant. Quod si quis eis tale officium publicum commiserit, per Provinciale Concilium singulis annis celebrandum, monitione præ-

(quæ ordinari debet vindictam præcedere) committitur: & tali Officiali (scilicet Iudæo) committitur in commerciis, & alijs cum Christianis de negotiis, donec restituerit, quicquid occasione talis officij à Christianis acquisivit, convertendum in usus pauperum, secundum providentiam Episcopi Diocesani: & officium ipsum cum pudore dimittat, quod irreverenter assumpsit. Et quod de Iudæis hic statuitur, etiam ad paganos extenditur.

X. Hinc colligitur 1. Quod Iudæi sint incapaces cujusque jurisdictionis, seu potestatis inter Christianos, sive sit jurisdictio ordinaria, sive delegata: quia nimis absurdum est, ut blasphemus (id est, Iudæus Christum blasphemans) in Christianos potestatem exerceat, ut dicitur in *princ. hic. Barb. hic. n. 2. C. in c. 2. C. in c. per. n. 2. h. t.* Colligitur 2. Decens esse, ut Iudæi, & Prælati Ecclesiastici pœnas pecuniarias pro criminibus inflicta, in pios usus potius, quam in propriam utilitatem erogare curent, prout sumitur ex hoc c. & notat *Gl. fin. hic C. Covarr. l. 2. resol. c. 9. n. 9.* Colligitur 3. Licet alioquin ordinari, quando restitutio eorum, quæ injuste extorta, vel ablata sunt, faciendâ est pauperibus (quia nescitur, quibus ablata sunt: vel si scitur, hi, à quibus extorta sunt, non reperiuntur, vel non habent jus repetendi, juxta ea, quæ tradit *Hofstiens. hic V. In usus pauperum.*) non requiratur, ut ea restitutio necessariò fiat auctoritate Episcopi, sed potest quilibet debitor, privata auctoritate, restituere, & erogare pauperibus, ut docet *Sayrus in Clavi regia l. 10. tr. 5. c. 2. n. 16.* & alij apud ipsum: si tamen probabiliter dubitetur de fidelitate ejus, qui restituere debet, tunc Episcopus illum compellere potest, ut ejus interveniente auctoritate, ac providentia restituat, vel saltem cum consilio Parochi, aut Confessarii: & ideo in casu hujus c. prudenter statutum fuit, ut restitutio à Iudæo, qui publicum officium inter Christianos exercens, multa ab eis injuste extorsit, fieret secundum Episcopi providentiam, quia meriti de ejus fidelitate in restituendo dubitari potuit, tum ob avaritiam illius, tum ob odium contra Christianos, quos expoliaverat, *Laym. c. l. n. 18.* Colligitur 4. Lex, vel statutum loquens de Iudæis non extenditur ad paganos, & alios infideles, nisi ex speciali Legis provisione fiat extensio, uti factum est in hoc c. *Abb. hic n. 3.*

XI. Similiter quod Iudæi, & Pagani non possint publica officia inter Christianos gerere, statuitur in c. *Ex speciali 18. h. t.* Nam Rex Portugalliæ in officiis publicis Iudæos præferebat Christianis: ideo mandavit Papa Gregorius IX. duobus Episcopis, ut Regem ipsum moneant, & inducant, ne in officiis publicis Iudæos præficiat Christianis, contra Concilium Generale (quod refertur in *c. c. cum sit. 16. h. t. C. in c. nulla dis. 54.* ubi statuitur, ut nulla officia publica Iudæis injungantur, per quæ eis occasio tribuatur Christianis pœnam inferendi.) Quod si forte redditus suos ipse Rex Iudæis venderit, vel Paganis, Christianum aliquem deputet, de gravaminibus Clericis & Ecclesijs (imò & alijs Christianis, *Hofstiens. hic V. eod.*) inferendis non suspectum, (qui fideliter, & sine fraude officium suum exequatur, *Gl. hic V. Non suspectum*) per quem Iudæi, & Saraceni, sine Christia-

norum injuria, jura regalia (id est, redditus per Regem venditos) consequantur.

XII. Hinc colligitur 1. Quod non tantum officium publicum Iudæis inter Christianos sit interdictum, & Saracenis: sed etiam quodlibet officium, & commercium, per quod Christianis aliquid inferri potest gravamen, *Abb. hic n. 1.* Colligitur 2. Quod licet possint redditus regales, vel gabellæ locari, vel vendi Iudæis, & Paganis, modò Rex, vel Dominus terræ deputet aliquem fidelem Christianum ad exigendum illas gabellas, & non permittat, ut ipse Iudæus illas per se, vel per alium ab ipso deputatum exigat, *Abb. hic n. 2. Barb. n. 7.* Consentit cum prædictis Canonibus Jus Civile, nam in *l. ult. C. de Iudæis*, arcentur Iudæi ab omni honore, dignitate, & administratione publica, per quam correctâ est Lex generaliter 3. ff. de *Decurionib.* vel quam habuerunt Imperatores Ethnici, juxta *Gl. ibid.*

XIII. Secundò prohibitum est Iudæis novas Synagogas, sive Ecclesias erigere, ut habetur in c. *Iudæi 3. h. t.* ubi dicitur: Sicut legalis definitio (in *auth. hac valitura, C. de Iudæis*) Iudæos non patitur novas Synagogas erigere, ita eos veteres habere permittit. Idem habetur in c. *Consuluit 7. h. t.* ubi dicitur, Iudæos de novo Synagogas construere, ubi non habuerunt, permitti non debet. Verum si antiquæ corruerint (ex parte, sed non ex toto) vel ruinam minentur, ut eas reedificent, vel reficiant, tolerari potest: non autem, ut eas magis exalcent, vel ampliores, vel pretiosiores faciant, quam antea fuerint: sed hoc pro magno beneficio habere debent, quod in veteribus Synagogis, & observantiis suis tolerantur.

XIV. Notandum hic 1. Cui prohibitum est aliquid ædificium construere, non videtur prohibitum, antiquum ædificium restaurare, sive reformare in pristinam formam, & statum, quia aliud est tueri quod positum est, aliud novum facere, *Gl. in cit. c. Consuluit. V. Reedificent. Abb. ibid. n. 1.* Quod si verò antiquæ Synagoga omninò, & funditus corruerint, non est licitum Iudæis in eodem loco eas iterum erigere, quia hoc esset omninò novas ædificare, *Abb. c. l. n. 2. Aror. cit. c. 22. q. 10.*

Notandum 2. Non licet Architectis, vel fabricis Christianis laborare in ædificandis, vel restaurandis Synagogis Iudæorum: si enim non licet eis vendere ligna, & lapides, quibus erigantur, vel restaurantur Synagoga eorum, vel alias res, ut eis utantur ad cultum Judaicum, vel Idololatriæ, ut docet *S. Tho. 2. 2. q. 169. art. 2. ad 4.* multò minus licebit immediatè laborare ad ædificandum, vel restaurandum Synagogas, quia hæc per se, & naturâ suâ ad Judaicos ritus, & Ceremonias ordinantur, *Aror. c. l. 8. c. 24. q. ult.* ubi id docet de idolorum fanis, & delubris Saracenorum, *Barb. in cit. c. 3. n. 3. C. in cit. c. Consuluit. n. 5. h. t.*

Notandum 3. Ecclesia tolerat ritus, & observationes Iudæorum, ut colligitur ex *c. c. Consuluit. 7. in fine h. t.* cujus rationem dat *S. Tho. 2. 2. q. 10. art. 11. in corp.* quia in illis ritibus olim præfigurabatur veritas fidei Christianæ, quam tenemus, & quasi in figura præterita repræsentatur, quod credimus. Aliorum verò infidelium ritus, qui nihil veritatis, aut utilitatis afferunt, non sunt tolerandi, nisi fortè ad aliquod

aliquod malum v. g. scandalum, vel dissidium vitandum, vel ut paulatim sic tolerati convertantur ad fidem, *S. Tho. 2. l.*

XV. Tertiò prohibentur Iudæi habere, non solum nutrices, & obstetrices, sed etiam alios famulos Christianos, qui eis serviant, ut constat ex *c. Etsi 13. h. t.* ubi Innocentius III. ita rescribit: Quamvis Christiani Iudæos, quos propria culpa perpetuæ servituti subiecit, recipiant, & sustineant cohabitationem illorum: ingrati tamen Christianis esse non debent, ut reddant illis pro gratia contumeliā, & de familiaritate contemptum: Ipsi enim Iudæi faciunt Christianas mulieres filiorum suorum nutrices, & cum in die resurrectionis Domini illæ Corpus, & Sanguinem Christi recipiunt, per triduum, antequam eos lactent, lac effundere faciunt in latrinam (quia fortè credebant, quod Corpus Christi, cum in stomachum descendit, eis incorporaretur, quod falsum est; est enim panis iste cibus animæ, non corporis, *Gl. hic V. effundere. & Hostiens. ibid.*) & alia detestanda contra fidem committunt. Quare districte prohibet Papa hic, ne de cætero (Iudæi) nutrices, vel servientes habeant Christianos, idque ne filij liberæ, (id est, Ecclesiæ) famulentur filijs ancillæ (id est, Agar, quæ fuit ancilla Saræ, per quam denotatur Synagoga: Sara fuit libera, per quam denotatur Ecclesia, *Gl. hic V. libera, & V. ancillæ*) sed tanquam servi à Domino reprobati, in cuius mortem impiè conjuraverunt, per effectum operis (scilicet delicti ab eis perpetrati) cognoscant, se servos illorum esse (scilicet Christianorum) quos mors Christi liberos, & illos servos efficit. Si verò Iudæi nutrices, & servientes Christianos non dimiserint, sub pœna excommunicationis præcipitur omnibus Christianis, ne cum illis commercium aliquod exercent. Ipsi verò Christiani, si volentes maneant in servitio Iudæorum, excommunicari debent. De quo infra.

XVI. Hinc colligitur 1. Quod Christianus possit habere servum Iudæum, non tamen debeat cum illo commorari, ita ut illum habeat domesticum, & familiarem. *Silvest. V. Iudæus q. 3. n. 5. dicto 1.* Neque tamen, vice versa, licitum est Iudæo habere servum Christianum, *Silvest. l. c. m. 6. dicto 2.* de quo infra.

Colligitur 2. Licet Iudæi possint esse servi Christianorum, ex pietate tamen permittuntur vivere in libertate, & observare ceremonias suas Mosaias, idque ob spem, ut ad fidem Christianam pertrahantur, *Abb. in cit. c. Etsi not. 1. h. t.*

Colligitur 3. Quod proverbia vulgaria possent allegari, quale est illud, quod mus in pœra, serpens in gremio, & ignis in sinu hospiribus suis exhibere consueverint, & hic proponitur, ut denotetur, qualem retributionem Iudæi impendant Christianis; idèoque eorum confortium fugiendum esse, *Barb. hic n. 4.*

XVII. Quartò non solum prohibitum est Iudæis habere famulos, sed etiam servos, seu mancipia Christiana, ut constat ex *c. Iudæi 5. h. t. in princ.* ubi dicitur: Iudæi, vel Saraceni, neque sub prætextu alendorum puerorum suorum, neque pro servitio, vel aliâ qualibet causâ, Christiana mancipia in domibus suis habere permittantur.

XVIII. Similiter in *c. presenti 1. l.* est desumptum ex Concilio Maticensi, sive est, ut nullum Christianum, mancipium, seu serviat: sed cuilibet Christiano liceat, datus solido, captivum, sive servum Christianum, dædæ redimere, sive ad ingenuitatem, seu libertatem, sive ad servitium. Idemque est, si servus Iudæi cupiat fieri Christianus, & ei non permittitur; potest enim redimi, ut dictum; quia nescimus Iudæum (Christum blasphemantem) in servitio retinere eum, quem Christus sanguine suo redemit.

Notandum hic 1. Decisio hujus c. intelligitur de mancipio empto, mercimonij, sive redemptionis causâ: nam si servitij causâ sit emptus, iam pretio dato, sit liber: vel si infra tres mensales non fuerit expositus, prout respondit Gregorius Papa in *c. Fraternitatem 15. dist. 54. Gl. hic de quo infra.* Per solidos autem intelligi debent usualis, secundum consuetudinem loci, *n. 2. in fine.* illudque pretium debet dari pro mancipio bono, quin & optimo: ita tamen, ut detur pro servo non æquè bono, *Abb. hic n. 1.*

Notandum 2. Si Iudæus servum Christianum emerit, aut quocunque alio jure illum acquisitum statim liber efficitur, etiam nullo pretio dato, ne Christiana Religio Iudæis subdita possit, prout dicitur in *c. Mancipia 13. dist. 54. Abbas l. 8. c. 22. q. 10. circa finem.*

Notandum 3. Christianus potest emere Iudæo detentum ad libertatem, vel ad servitutem, non tamen ita, ut serviat ipsi, sed ut omninò liber fiat: vel si non potest statim tium habere, ut serviat ei tam diu, donec comparatur pretium, & postea omnino liber erit, *de Servitium.*

XIX. Concordat cum cap. jam allato *19. & ult. h. t.* ubi similiter statuit Papa Gregorius IX. ut nulli Iudæo liceat Baptizatum, vel baptizari volentem emere, vel in suo servitio retinere. Quod si aliquem nondum ad fidem convertentem causâ mercimonij, sive negotiationis, emerit, quo casu non privabitur ex toto Iudæus, vel si pretio servi empti, dummodo intra tres menses ipsum venalem exponat, alioquin quamprimum Iudæus ipsius fuerit patefacta, modis omnibus vendatur, *cir. c. Fraternitatem, Gl. hic V. Servitium & V. sa mercimonij, & Hostiens. ibid.* & postmodum datus sit, vel fieri desideret Christianus, datus solido, ab illius servitio protinus sublegetur (per solidos autem hic intelligi debent solidi quorum 72. faciunt unam libram auri, ut notat hic in fine.) Si autem intra tres menses (à die venditi, & traditi numerandos, *Hostiens. hic V. Abbas not. 2. §. Sed quares*) ipsum venalem exposuerit, vel ad sibi serviendum emerit, non dem: nec ipse (scilicet Iudæus) illum vendat, alius (nempe Christianus) audeat comparare, nullo dato pretio, ad libertatem perducatur, prout habetur in fine *cir. c. ult. & cit. c. Fraternitatem* jus quasi glossa, & expositio est hoc cap. Religio decisionis est: quia si Iudæus, vel Paganus non fuit talem servum intra tres menses venalem, permittitur, quod non causâ mercimonij, sive negotiationis, sed ad serviendum sibi ipsum emerit, *4. h.*

nullo etiam pretio dato, erit liber, estque hæc præsumptio juris, & de jure, quæ probationem in contrarium non admittit, *Gl. fin. hic, & Hostiens. l. Expositio. & Abb. ibid.*

XX. Hinc colligitur 1. Quod baptizatus, & mox baptizandus eodem gaudeant privilegio; quia proximè cingendus habetur pro cincto, *l. pen. ff. de testam. milit. & quæ incontinenti fiunt, videntur inesse, c. Officij. 38. de elec. Abb. hic not. 1.*

Colligitur 2. Si unus prohibetur aliquid vendere, prohibetur alius etiam illud emere, quia dispositum in uno correlativorum extenditur ad aliud, *Abb. hic not. 2. sic quia Christianus prohibetur vendere servum baptizatum Judæo, etiam hic prohibetur illum emere.*

Colligitur 3. Si quis emit servum non baptizatum, sed baptizari volentem, servitij causâ, à Judæo, servus emptus nihilominus erit liber, nullo pretio dato, si scienter emit: si verò ignoranter, agere potest ad pretium, sive interesse contra Judæum, qui ipsum decepit, & sic favore fidei privatur Dominus servo suo, *Gl. fin. hic, & Hostiens. in fine.*

XXI. Cæterum etsi Judæi non possint habere mancipium Christianum, possunt tamen habere Christianum colonum adscriptitiū, vel originarium, prout sumitur ex *c. Mulorum. 2. h. i. ubi* Papa Gregorius ita rescribit: nulli Judæo liceat Christianum mancipium in suo dominio (id est, suo servitio personali, *Hostiens. hic*) retinere, sed si qui servi apud eos reperiantur, libertate donentur. Hi verò servi (quamvis Christiani) qui in possessionibus, seu bonis Judæorum sunt (nempe coloni originarii, vel adscriptitij) licet sint liberi: quia tamen colendis terris, seu agris eorum diutius adhæserunt (videlicet per triginta annos, *l. Censuras. 33. §. Cum autem. C. de agricol. & censit. lib. 11.*) utpote conditione debentes (id est, obligati, & adstricti) ad colenda rura eorum remaneant, & consuetas pensiones ipsis Judæis solvant, aliæque omnia, quæ de colonis, vel originariis Jura præcipiunt, ipsis Judæis præstent, ita tamen ut nullum novū onus eis imponant. Quod si quis Judæorum aliquem ex prædictis originariis suis, vel colonis, ad aliū locum transferre, vel ad aliud obsequium, sive in servitio suo, secum retinere voluerit, ipse sibi id imputet, quia jus coloniam amittit: & jus domini sibi damnavit, id est, jure, quod colonus habuit in gleba, à qua aliàs recedere non poterat, ipso facto, privatur; nam Judæus non fuit Dominus personæ ipsius coloni, sed solum glebe, *Gl. hic V. Jus domini.*

Porro colonus originarius hic dicitur, qui est natus ex obligatis, & adscriptitiis ad colendum certa prædicia, ita ut non possit inde recedere, deferendo illa. Et hi sunt liberi, licet teneantur ad certa servitia præstanda Dominis prædiorum, quibus non teneantur præstare, ultra ea, quæ jure expressa sunt, vel quæ consueverunt exhiberi, ut habetur in textu, & notat *Abb. hic.*

XXII. Quintò interdictum est Judæis, ne ostia, vel fenestras in die Parasceves, id est, Veneris sancti, aperta habeant, sed clausa teneant tota die, prout præcepit Alexander III. in *c. Quia super his. 4. h. i.* Ratio est: quia consueverunt tunc deride-

re Christianos in contumeliam Creatoris, *Gl. hic V. Aperta.*

XXIII. Similiter in *c. In nonnullis. 15. §. In diebus. h. i.* quod est desumptum ex Concilio Generali Lateran. sub Innocentio III. c. 68. prohibetur, ne Judæi in diebus Passionis Dominicæ, sive in Hebdomada sancta in publicum prodeant; solebant enim in contemptum, & odium Christianorum, his diebus, ornatiores, & hilariores procedere, & Christianis illudere. Insuper *ibid. §. fin.* prohibetur Judæis, ne in contumeliam Creatoris profligare præsumant: alioquin præsumptores hujuscemodi per Principes seculares condignâ penâ conpescantur (scilicet pecuniariâ, vel alia temporali arbitraria, *Gl. hic V. Animadversione.*) ne Crucifixum pro nobis blasphemare præsumant. Hinc colligitur, quod Judæi, & alij infideles existentes in terris Christianorum de jure communi, subsint temporali jurisdictioni Principum, & Iudicum secularium, *Abb. hic not. ult.*

XXIV. Sextò præcipitur in *c. In nonnullis. h. i. in princ.* Ut Judæi, & Saraceni habitu distinguantur à Christianis: nam quia in quibusdam Provinciis nulla erat differentia inter Judæos, & Saracenos, quâ discernerebantur à Christianis, factum est, ut per errorem Christiani, Judæorum, & Saracenorum, & hi Christianorum mulieribus carnaliter commiscerentur: idcirco statuit dictum Concilium, ut Judæi, sive Saraceni utriusque sexus in omni Christianorum Provincia, & omni tempore, qualitate habitus ab alijs populis (scilicet Christianis) publice distinguantur.

Hinc colligitur, quod Judæi, & Gentiles non possint connubia contrahere cum Christianis, *c. Cave. 15. §. c. Si quis. 17. caus. 28. q. 1.* Idque etiam prohibetur in *l. Ne quis. 6. & l. Nemo. 7. C. de Judæis.* Porro prædictum Decretum de discrimine vestium in Italia, alijsque Provinciis strictè observatur, non item in Germania, quod tamen fieri deberet.

§. III.

Quanam iure communi Judæis iura sunt concessa, seu permissa, & quæ contra illos fieri sunt prohibita?

XXV. De his agit in *c. Sicut. 9. h. i.* in quo statuit Papa Clemens III. 1. Ut Judæi inviti, & nolentes ad baptismum venire non compellantur. Si quis autem ad Christianos, fidei causâ, confugerit, postquam voluntas ejus patefacta fuerit, absque impedimento, Christianus efficiatur. Nam si Ecclesia salvat corpora ad illam confugientium, *c. Inter alia. 6. de immunit. Eccles.* multò magis debet salvare & animas. *Arg. c. 2. de convers. infidel. Hostiens. hic V. Confugerit.* Probat autem Papa, nullum compelli debere ad fidem: quia fidem Christi habere non creditur, qui non spontè, sed invitatus baptismum Christianorum suscipere cogitur. Præterea statuit idem Pontifex, ut nullus Christianus, sine judicio secularis potestatis, Judæum aliquem occidere, vel vulnerare, vel pecunias suas ei auferre

„ aufserre præsumat. Ratio est: quia nulli permissum est occidere, vel pœnam infligere, nisi cui ex officio id commissum est, c. *Qui malus*. 29. c. *Miles*. 13. & seq. caus. 23. q. 5. & pœna non est inferenda, nisi per Judicem, Gl. h̄c V. Sine judicio.

Item nullas prafumat bonas confuetudines Iu-
daeorum immutatae (fecus ef de malis, quae ce-
dunt in contumeliam Creatoris, feu Redempto-
ris, c. *Nonnullis*. 15. h. t. Gl. hic P. Bonas) prae-
tim in feftivitatibus fuis celebrandis (quas Judaeis
more folito, & antiquo celebrare permiffum eft,
c. *Qui fincera*. 3. dif. 45.) nullus eos perturbet. Ne-
que quisquam ab eisdem coacta fervitia exigat,
nifi quae ipfi tempore praeterito facere confueve-
runt (vel quae fe fponfe offerunt, vel quae Jura praepi-
ciunt, Hofienf. hic P. *Confeverunt*.) prout haberur
in cit. c. Sicut. §. Nullus etiam.

Denique (statuit idem Papa in cit. c. 9. *Ad hoc. ut*
nemo cœmeterium Judæorum mutilare (id est,
perrumpere, vel destruere) aut invadere, sive ob-
tentu pecunie, humata, seu sepulta corpora effo-
dere audeat (alioquin sepulchri violati tenebitur,
l. Prætor ait. 3. §. Si quis. ff. de sepulchro violato. Gl. hic
3. ff. Effodere.) Si quis vero contra hoc Decretum
præsumperit facere, honoris (id est, dignitatis, si
quam habet) & officij sui periculum, seu jactu-
ram patiatur, aut excommunicetur, nisi condigne
satisfecerit. Ubi *Abb. in fine* notat, in optione Ju-
dicis esse, quam velit ex istis pœnis Reo imponere, si
nolit satisfacere, vel pœnam privationis, vel excom-
municationis: quod si velit satisfacere, non debet
puni. *Gl. fin. hic. & Abb.*

XVI. Hinc colligitur 1. Quòd Iudæi, ali-
que infideles non sint ad fidem Christianam, feu
baptismum suscipiendum inviti cogendi, quia cre-
dere liberæ voluntatis est, ut ait *S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 8. in corp.* & fides non ex necessitate, seu coactione
suscipi debet, *c. 1. & c. Qui sincera. 3. dist. 45. & c. Ad fidem. 33. caus. 23. q. 5. Gl. hic V. Christi fidem.*
Quin imò neque infantes Iudæorum, aliorumque
infidelium, priusquam ad usum rationis pervene-
runt, possunt invitis eorum parentibus, licite bapti-
zari, ut docet *S. Thom. cit. q. 10. art. ult. in corp. & Abb. hien. 3.* Ratio est: tum propter periculum fidei,
ne cùm ad usum rationis pervenerint, à paren-
tibus inducantur, ut fidem relinquunt, quam igno-
rantes susceperunt: tum quia id repugnat iustitiæ
naturali, cùm filius, antequam usum liberi arbitrii
habet, sit sub cura parentum, ideoque illis invitis
subtrahi non debet, *S. Thom. cit. art. ult.* Neque ve-
rò Iudæi sunt propriæ, & frictæ servi Christianorum,
& hinc neque coacta servitia ab eis exigi possunt, ut
dicitur in *cit. c. Sicur.*

Colligitur 2. Judæus fugiens ad Christianos, & petens baptismum, non debet confestim baptizari, sed expectari debet, donec voluntas ejus fuerit patefacta, ut dicitur in *cit. c. Sicut*. sive explorata, ex qua causa venerit, & petat baptismum, an rectâ, ac piâ intentione, nec ne? ideoque statutum est, quod Judæus per quadraginta dies debeat versari inter Christianos, antequam baptizetur, *c. Ne quod absit*. 98. *dis. 4. de consecrat. Abb. hic n. 1.* ubi ait, id in multis locis non servari, sed malè.

XXVII. Præterea in c. *Judei*, §. 5. Si qm. h. t.

statuit Concilium Lateranense sub Alexandro
ut si qui Iudei, vel Saraceni ad fidem Christianam
sint conversi, possessionibus, bonis fidei suis
tenus spoliarentur, cum melioris conditionis
beant esse ad fidem conversi, quam ante fidem
sceptam. Si vero secus factum fuerit Principibus
vel Magistratibus locorum injungitur, suppleant
excommunicationis, ut partem hereditatis, et
omnium bonorum suorum, eis integrè restituere
hiberi, & restitui.

Hinc colligitur 1. Quòd Iudæi converti
non perdant bona sua, scilicet iuste acquisita
iniuste acquisita ex uluris, vel alio delicto, nec
restituere ijs, à quibus extorserunt, vel eorum
redibis, vel si hi non sint superfluites, pauperibus
dare, juxta c. Cum tu. §. de usur. Gl. in v. Pa-
uper. & Abb. n. 1.

Colligitur 2. Quod Iudæi possint habere
immobilia, prout etiam sumitur ex c. *Quæ
sine de usur. & c. De terris. 16. de Decimis. Glossa
basis hinc lit. D.* in statu tamen Ecclesiastico non
possidere immobilia, ex speciali Constitutione
IV. apud *Barbos. hinc in Collect. n. 5.*

Colligitur 3. Iudæi conversi ad fidem
nam retinent iura successionis erga parentes,
agnatos, eisque succedunt, sicut prius, quan-
tumbent esse deterioris conditionis, quam ante
pauld antè dictum, *Abb. h. n. 2.* Sed neque
filij Iudæorum, si convertantur ad fidem C-
nam, ad parentibus ideo exheredantur, ut docet
c. Iudæi. 7. V. Fideles. caus. 1. q. 4. & per bu-
liberantur ad prestatè patriæ, fidelesque sui
c. Iudæorum. 1. 1. V. eodem. caus. 28. q. 1.

XXVIII. Denique in Extrav. Disp. Inter communes, h. t. præcipit Papa Joannes II. Iudæi ad fidem conversi non molestantur bonis, sed ab injuriis, & molestiis defendantur, ut sic de servitute ad libertatem se transilici possint, ne redire ad pristinam perditionem, precario mendicitatis, compellantur. Extat etiam Constitutio Pauli III. quæ incipit, Capientes Iudæi ad fidem conversis remittuntur omnia quæcunque bona, etiam ex usura, & aliis quæstibus acquisita, dummodo personæ, quibus eadem restituitio, sint incerta.

§. IV.

Quomodo, & à quo Iudei delin-
tes possint, ac debeant puniri

XXIX. De hoc agitur in c. *Postulati*.
Nam cum quidam Iudeus in Clericum aliquem
violenter manus iniecerit, quæsitum fuit ex
centio III. qualiter contra ipsam sit proceden-
dum? Respondet Papa, quod ille, cujus præ-
teritioni (scilicet temporali) subiectus exiit, per
penam pecuniariam (ad arbitrium iudicis) po-
tuit vel alia temporalia (spirituali enim poena laici
puniri non possunt, cum sit extra Ecclesiam ali-
quod tempus) ad satisfactionem suam compelli
directè. *Gl. h. v. Pecuniaria poena* secundum eum
ipsi visum fuerit, & ut faciat læso commensu-
rati fieri: alioquin ejus Dominus (cujus tempo-
ralia dominio, sive jurisdictioni Iudeus est subje-
ctus) monendus est, ut injuriam passo (Clerico) re-

« clerici (cui in persona Clerici censetur injuria irrogata esse) faciat competenter satisfieri. Quod si Dominus ejus (scilicet Judæi) hoc facere neglexerit, Episcopus, seu Prælati loci Christianis per censuram Ecclesiasticam interdicit, ne cum ipso Judæo, antequam satisfaciatur, commercium habere præsumant.

XXX. Hinc colligitur 1. Quod Judæi de jure communi non sint temporaliter subiecti jurisdictioni Ecclesiæ, sed sint subiecti dominio, seu jurisdictioni temporali Christianorum Principum, & Magistratum, in quorum territorio existunt, nisi aliud sit ex jure speciali statutum, *Abb. hic n. 2.* Ideoque si delinquant in Christianos, ab eis puniri possunt, prout sumitur ex hoc c. & docet *Aror. p. 1. l. 8. c. 22. q. 11.* Idque etiam constat ex *l. 1. c. Ne Christianum mancipium c. 1. l. Judæi. 3. l. Judæi. 16. c. l. ult. c. de Judæis, & in l. Si qua. 15. c. eod. dicitur, quod si orta inter Judæos, & Christianos, non à Senioribus Judæorum, sed ab ordinariis Judicibus sit dirimenda.*

Colligitur 2. Judæus percutiens Clericum non incurrit excommunicationem latam in cap. *Si quis suadente. 29. caus. 17. q. 4.* Cum enim Judæi non sint subiecti spirituali jurisdictioni Ecclesiæ, juxta illud Apostoli. *1. Cor. 5. Quid enim mihi de his, qui foris sunt* (id est, non nostri Juris, seu jurisdictionis, *Gl. in c. Multi. 18. v. Qui foris sunt, caus. 2. q. 1.*) judicare: ideo Ecclesia non potest illos directe excommunicare; qui enim in Ecclesia non est, non potest ab illa separari: quamvis possit indirecè, prohibendo Christianis, ne communionem cum Judæis habeant, & sic privando illos communionem Christianorum, ut in *ci. c. Postulasti. h. t. Gl. in c. Judæi. 5. v. Permittuntur. eod.* Quare Judex Ecclesiasticus non potest exercere jurisdictionem temporalem in Judæum, vel alium infidelem, eumque punire temporaliter, propter delictum Ecclesiasticum, nisi sit de temporali jurisdictione Ecclesiæ, etiam si Dominus temporalis Judæi sit negligens, eumque non puniat, Glossator Abbatis in *ci. c. Postulasti. lit. B.* Veruntamen ex delegatione Principis, seu Magistratus sæcularis, cui Judæi, vel alij infideles sunt subiecti, si peccant, verberari, aut alia pœna corporali affici possunt, etiam à Prælato Ecclesiastico, *Arg. c. Constituit. 31. caus. 17. q. 4. & in c. In Archiepiscopatu. 4. de raptorib. Gl. in c. Sape. 12. v. Publicis. caus. 28. q. 1.*

Colligitur 3. Licitum esse Christianis cum Judæis contractus inire: quia in hoc c. solum interdicitur commercium cum Judæo in pœnam delicti, donec satisfecerit; adeoque satisfactione præstita, id est licitum, modò evitetur magna familiaritas, *Abb. hic num. 4.*

XXXI. Ceterum illud hoc loco est addendum: quamvis Principes Christiani non possint Judæos ex proprio suo territorio, & ditione, pro arbitrio, si pacificè, & honestè vivant, ejicere: quia Ecclesia non vult Judæos extirpare, cum sub finem mundi sint convertendi ad veram fidem, juxta Apostolum ad *Rom. 11. v. 25.* Ex justis tamen causis, propter eorum sacrilegia, vel alia gravia crimina ejiciendi sunt, & extirpandi: quia si abutantur gratiâ, & privilegio, merentur illud amittere, prout de factis ex mul-

tis regnis, & provinciis Judæos ejectos fuisse, refert *Barbosi. in Collect. in c. Sicut Judæi. 9. n. 5. h. t.*

§. V.

*Quanam interdicta sint Christianis
Jure Canonico circa Saracenos,
seu paganos, aliisque
infideles?*

XXXII. De his agitur inprimis in *c. Ita quorundam. 6. h. t.* quod est desumptum ex Concilio Lateranensi sub Alexandro III. n. 24. ubi sancitum est, ut, qui Saracenis arma, ferrum, & ligamina (vel melius, ut alia lectio habet, lignamina) deferunt galearum, dum ad impugnandos Christianos arma, & necessaria eis subministrant, item qui in galeis, & piraticis Saracenorum, regimen, & curam gubernationis exercent: tales & rerum suarum per Principes Catholicos, & Consules Civitatum privatione multentur, & capientium servi fiant. Præcipitur etiam, ut per Ecclesias maritimarum urbium, crebra, & solemniter excommunicatio in eos proferatur.

XXXIII. Idem repetitur in *c. Ad liberandum. 17. h. t.* quod est desumptum ex Concilio Lateranensi sub Innocentio III. c. 69. ubi quibusdam additis, statuitur, ut talibus, qui contra populum Christianum Saracenis arma, ferrum, & ligamina deferunt, vel qui galeas eis vendunt, vel naves, vel in piraticis Saracenorum navibus gubernant, vel machinis, aut quibuslibet alijs aliquid eis impendunt consilium, vel auxilium, in dispendium Terræ sanctæ, ultra supradictas pœnas, gremium Ecclesiæ non aperiatur, nisi torum, quod ex commercio tam damnato perceperint, & tantundem de suo, in subsidium Terræ sanctæ transmiserint, ut quo judicio in eo puniantur, in quo deliquerunt. Quod si forte solvendo non fuerint, aliàs delictum istorum ita puniatur, ut alij similia facere pertimescant. Ubi *Gl. ait v. Sic aliàs, quod tales possint subijci verberibus loco pœnæ, c. 1. junctâ Gl. v. Cruciatu. caus. 14. q. 6. c. Fraternitatis. 11. caus. 12. q. 2. c. Quia juxta. 3. caus. 5. q. 6.*

XXXIV. Pro explicatione prædictorum capp. notandum 1. Nomine armorum hic intelliguntur omnia militaris artis instrumenta, tum ea, quæ sunt ad defendendum, ut scuta, galeæ, lorice; tum etiam quæ ad offendendum, & pugnandum sunt idonea, ut gladij, hastæ, sagittæ, sclopi &c. *Aror. p. 1. l. 8. c. 23. q. 10.* nomine autem ferri intelligitur, tum factum, quod scilicet ex ferro est fabricatum, & potest utile esse ad usus bellicos: tum infectum, id est, rudis, & impollita massa ferri: quod etiam pertinet stannum, chalybs, plumbum, & omnia alia metalli genera, ex quibus bellica instrumenta fieri possunt, prout habetur in Bulla Cænæ Domini, Censurâ 7. *Aror. c. l. q. 11.* Ligamina verò galearum dicuntur ligna ad edificandas triremes, & alias naves apta, quin & omnis materia lignorum ad qualvis alias machinas bellicas accommodata: quin ut in Bulla Cænæ Domini additum est, prohiberi etiam deferri cannabin, funes, & quamcunque aliam materiam,

ex qua confici possunt instrumenta, quibus Christiani impugnari possunt, *Azor. cit. l. q. 12.*

Notand. 2. Non solum ij, qui arma, aliq; prohibita deferunt ad Saracenos, incurrunt pœnas juris; sed etiam, qui illa eis vendunt, vel permutant, vel curant, aut etiam permittunt transferri, cum ratione officij id prohibere deberent, *Azor. cit. l. q. 13.*

Notand. 3. Excommunicatus potest iterum excommunicari, prout sumitur ex *cit. c. Ita quorundam*. sicut ligatus uno vinculo potest iterum alio ligari: non quidem in ordine ad effectum separationis à communione fidelium, cum jam vi primæ excommunicationis fuerit separatus: sed in ordine ad illum effectum, ut maneat extra communionem fidelium, donec non tantum à primæ, sed etiam à secundæ excommunicatione fuerit absolutus, quæ tum primum incipit habere suum effectum, postquam absolutus fuit à primæ, *Gl. fin. in cit. c. & ibid. Hostiens. & Abb. n. 3.*

Notandum 4. Excommunicatio, aliæque pœnæ decretæ contra adferentes arma, aliæque prohibita ad Saracenos, non sunt extendendæ ad eos, qui illa deferunt ad Judæos, Paganos, vel Ethnicos, spectato jure communi, neque etiam ad hæreticos: quamvis in Bulla Cœnæ Domini omnes excommunicentur, qui prohibita deferunt ad Saracenos, Turcas, & hæreticos per Romanam Sedem nominatim declaratos, & generatim ad omnes Christiani nominis hostes, & inimicos, *Azor. cit. c. 23. q. 4.*

XXXV. Præterea in *c. Significavit* 11. h. t. declaratur, & statuit Clemens III. 1. Quod Christiani licet possint proficisci Alexandriam, & ad alias terras Saracenorum, pro liberandis concivibus suis, qui illi in captivitate detinentur, dummodo nihil in mercibus suis, vel alio modo secum deferant, unde posset Saracenis aliquod commodum, vel subsidium provenire, excepto articulo redemptionis captivorum, ita tamen, ut suo prius jramento coram Episcopo firment, scilicet ad majorem cautelam, *Gl. hic V. juramento. ubi Hostiens. & alij* quidam putant, quod in hoc casu possint etiam arma, & alia prohibita licet deferri, si captivi aliter liberari non possint. Sed *Gl. hic V. aliquod commodum, & Abbas n. 2.* probabilius tenent, id fieri non posse, sine speciali licentia Papæ, ne fraus aliqua committatur: nam facile prætereundum esset, se merces prohibitas deferre pro redimendis captivis, quibus tamen postea uterentur Saraceni ad impugnandos Christianos, idèque excommunicationis sententiam non evadent.

2. In eod. c. §. *Illi quoque*, statuitur, quod illi, qui post treugam factam inter Christianos, & Saracenos, portant ad hos merces prohibitas, lucrandi causâ, ab excommunicationis censurâ nullatenus excusentur, sicut nec illi, qui per alios merces prohibitas illuc transmittunt. Ratio est, quia treuga est securitas personis, ac rebus ad tempus concessa, *c. 1. de treuga, & pace*, & qui facit treugam, non facit pacem, nec desistit à bello, nisi ad tempus, *Gl. hic V. post treugam*. Quare quæ Christiani prohibentur ad hostes deferre tempore belli, prohibentur quoque tempore treugæ, seu indaciæ deportare, quia tum ad certum tempus à bello cessatur inter hostes, ex conventionione, & pacto, *Azor. cit. c. 23. q. 16.*

3. Decernitur in *cit. c. Significavit* in Christiani, qui jurarunt, in terram Saracenorum cum mercibus se non amplius ituros, nisi pax inter Christianos, & Saracenos conclusa: sed treugam factam, deferunt merces, durante treuga, à vinculo excommunicationis non absolventur, imò nec à perjurio: quia licet treuga sit facta, non tamen pax, & ita non extitit conditio, qua juramentum est factum: idèque non solum incidunt in sententiam excommunicationis, sed etiam sunt perjuri, cum treuga non sit pax, *Gl. hic*.

XXXVI. Similiter in *c. quod olim* 12. h. t. Clemens III. Quamvis jam olim in Concilio ranensi (relato in *c. Ita quorundam* h. t.) prohibitum fuerit, ut nullus merces prohibitas ad Saracenos deferret, per se, vel per alium: nihilominus tamen idem Papa omnes illos iterum excommunicatos supponit, qui amplius cum Saracenis mercibus um habuerint, per se, vel per alios, vel quocumque modo aliqua rerum subsidia, vel consilia, quæ inter Christianos, & Saracenos bellum durare impenderint. Unde mandat Pontifex quibusdam, ut nec per se nec per naves suas, nec alio quocumque modo, aut ingenio eis mercimonia, consilia, subsidia transmittant: alioquin qui contra præsumperint, non solum ipso jure, & sine excommunicationem incidunt, sed etiam Dei viventis incurrunt, qui ratum habet, quod Ecclesia iuste factum est, *Gl. fin. hic*. Ex quo quod tempore belli inter Christianos, & Saracenos prohibitum sit, omnes, & quascunque merces deferre, sub pœna excommunicationis sententiæ, etiam si alias, extra tempus belli, illarum prohibitæ deferri ad hostes fidei, & quocumque subsidium eis præstare, *Abb. hic n. 1. & Barbo* ubi tamen excipit merces contentas in *cit. c. Ita quorundam* h. t. potest autem ab hac excommunicatione absolvere Episcopus, cum Papa sibi absolute non reservavit, *Gl. hic V. supponimus*: hodie tamen solus Papa absolvit, cum sit casus reservatus Cœnæ Domini, *c. Ceterum à prædictis* sententiæ, *Gl. marg. hic. lit. A.*

XXXVII. Porro cum prædictis Decretis concordat Constitutio in *Extra vag. malis Inter communes*, ubi statuit Clemens V. in Christiani arma, equos, ferrum, lignamina, vestimenta, & alia quæcunque mercimonia, Alexandriam, & ad alia loca Saracenorum terræ Egypti mittentibus, vel exportentibus, vel extrahentibus, vel portantibus Christianorum, ut illuc deferrentur, vel extraherentur, aut consilium dantes, eo ipso excommunicationis sententiam incurrunt, à qua, nisi mortis articulo, & postquam tantum de bello propriis in subsidium Terræ sanctæ consenserint soluerint, sine speciali mandato Sedis Apostolicæ absolvi non debent: & in diebus Decretis, ac festis, ut excommunicati publice decantentur: & si personas eorum capi contingat, capientium fiant. Insuper perpetuo sint intestabiles, ita ut nec testari, nec succedere testamento, vel ab intestato possint, & ab omni actibus legitimis repellantur, & ad fisco eorum bona devolvantur. Ratio autem, quæ gravibus pœnis tales Christiani subiacent, quia

XXXVIII. Alia similis Constitutio extat in Ex-
tra^{ra}g. Capiofus. unic. Ioan. XXI. l. ubi districtè pro-
hibetur, ne quis arma, victualia, & alia quæcumq;
& Alexandriam, & in terras Ægypti deferri prohibi-
ta (in c. Ita quorundam 6. & in c. ad liberandam 17.
h. t.) quomodolibet intra triennium, ad Agare-
nos, leu Saracenos, in regnum Granate deferre

XXXIX. Postremò in *Clement. Cedit. unic. h.*
præcipitur, ut Principes Catholici Saracenos, qui
sub eorum dominio morantur, cohibeant ab in-
vocatione publica Machometi, & à peregrinatione
ad ejus sepulchrum: eosque, qui contrà facere
præsumpserint, ita puniant, ut alij eorum exemplo
perterriti à simili præsumptione arceantur.

Postquam de Judæis, & Paganis, seu infidelibus actum est Titulo præcedente, subiungitur hic Titulus de hæresi, & hæreticis, qui post susceptum baptismum à fide Christiana, & Catholica defecerunt. Ob huius Tituli, & quæ in eo continentur, siue ignorantiam, siue neglectam observationem, plurima Regna, & Provinciæ Christianæ, ab avita Religione Catholica Majorum suorum, priore sæculo defecerunt, & hæresi sunt infectæ; nunquam enim hæretici tot Regna, & Provincias occupassent, ac devastassent, cum innumerarum animarum æterno interitu, si Canones contra hæreticos præscripti, & conditi observati fuissent. Exat hic Titulus etiam in Saxo, Clementinis, & Extravaganantibus communibus, & in Jure Civili in Codice lib. 1. tit. 5.

II. Dicitur 3. *Quem quis pertinaciter tenet*: nam hæresis est error in fide cum pertinacia junctus. c. *Dammatus* 2. §. *In nullo, junctâ Gl. fin. de S. Trinit. & in Clement. unic. §. porro* ibi: tenere pertinaciter præsumperis, eod. tit. & constat ex c. *Dixit Apostolus* 29. *caus. 24. q. 3. ubi dicitur: Qui sententiam suam, quamvis falsam, atque perversam, nullo pertinaci animo defendunt, querunt autem veritatem, corrigi parati, cum invenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi: & Gl. ibid. V. Perinacia* ait: Licet teneat aliquis ea, quæ sunt contra fidem, dummodo paratus sit corrigi, non est habendus hæreticus, nec potest de hæresi puniri, ut addit *Gl. marg. ibid. lit. B.* Similiter contumacia, sive pertinacia requiri, ut quis fiat, & sit hæreticus, habetur expressum in c. *qui in Ecclesia* 3 *lit. caus. & q.* Consistit autem illa pertinacia in eo, quod quis sciat, suam sententiam contrariam esse universalis Ecclesiæ Christi in terris doctrinæ, ac definitioni: nihilominus tamen pertinaciter, adeoque culpabiliter eam teneat, suumque judicium præferat.

Ex quo inferitur, quòd si quis ignoret, etiam ex ignorantia mortaliter culpabilis, & crassa, opinionem suam adversari doctrinæ Ecclesiæ Catholicae, non est propriè hereticus, neque Ecclesiasticis hæreticorum penis obnoxius, quia deest pertinacia, quæ requirit scientiam, quòd contrarium teneatur ab universali Christi Ecclesiâ, *Sanch. cit. c. 7. n. 20.* Quin imò estis quis etiam ex ignorantia affectata erret contra fidem, propter tædium inquirendi veritatem, vel ob similem causam, non est propriè hereticus, ut docet *Sanch. c. l. n. 23. Sayrus in clavi regial. 2. c. 9. n. 34. Laym. l. 2. tr. 1. c. 13. n. 2.* Ratio est: quia peccatum hæresis non est peccatum ignorantie, sed infidelitatis, & ad illam requiritur, ut quis scienter credat aliquid contra definitionem Ecclesiæ Catholicæ, & commuacem consensum fidelium: & consequenter,

§. I.

Quid sit heresis, & quis dicatur
hereticus?

1. Hæresis Græcè ab electione dicitur, quòd quis eligat sibi disciplinam, vel opinionem sectandam, c. Hæresis 17. *caus. 24. q. 3.* Est autem hæresis prout hic tumetur, error voluntarius, quem quis pertinaciter tenet, contra aliquam veritatem fidei Catholicæ, quam suscepit, seu professus est, *Azor. p. 1. Infit. mor. lib. 8. c. 9. q. 1. Sanch. lib. 2. moral. c. 7. n. 1. & alij DD. communiter. Dicitur 1. Error, id est assensus, sive iudicium falsum intellectus; quia sicut actus fidei est assensus, seu iudicium certum intellectus, etsi obscurum: ita hæresis est assensus, sive iudicium erroneum intellectus: unde si quis profert propositionem secundum se hæreticam, vel negat articulum fidei, sine assensu intellectus erroneo, non est hæreticus. Dicitur 2. *Voluntarius, sive liber*: quia sicut actus fidei oritur ex pio voluntatis affe-*